

s. xxxvi. ter. xviii. his additis minutis primis xii. secundis ix. differentia equalis apparentisq; motus stellarum fixarum pro aera Pto. prouenient gra. iiii. m. lviii. s. xlv. Trepidatio nonae sphaerae pro lxxxiii. annis a morte Alexandri magni ex praedicto canone propositionis xvii. existit. Signorum xi. gra. v. m. xxx. s. xxxi. quibus ex tabula differentiarum equalis apparentisq; motus stellarum fixarum congruunt m. xvii. s. lv. t. xiii. his demptis ex gra. iiii. m. lvii. s. xlv. relinquitur verus fixorum siderum motus a lxxxiii. annis a morte Alexandri magni usq; ad Ptolemaei aera gra. iiii. m. xxxix. s. l. his demptis ex eiusdem asini australioris vero loco quem Ptolemaeus numerauit relinquetur grad. vii. minuta prima xl. Caecri in quibus eadem stella asini australioris pro lxxxiii. annis a morte Alexandri magni collocata considerataq; fuit, verum hic meus computus superat vetustam illam considerationem m. primis vii. fere. Deniq; in eodem capite tertio libri vii. seu dictionis septime Almaiesti Ptolemaeus narrat, q; anno Nabuchodonosoris 454. die quinta mensis Tybi qui est quintus aegyptiorum mensis in nocte quae antecesserat diem sextum eiusdem mensis Tybi fixum sidus appellatum asichemech inermis, graece vero potrygetes idest vindemiator, sed latine arista ab eodem Timarchide consideratum fuit in gradibus xxii. minutis primis xx. virginis. Et quonia differentia annorum Christi atq; Nabuchodonosoris iuxta Alfonsinas tabulas existit annorum non bisextilium 747. dierum 131. seu bisextilium annorum 746. dierum 310. Ideo consideratio haec facta fuit ante principium annorum Christi saluatoris nostri hromanis annis 293. diebus 297. completis, atq; ante Ptolemaei aera annis bisextilibus 442. diebus 350. completis. his de medio seu equali motu fixorum siderum debentur gra. iiii. minuta prima xxv. secunda lvii. quibus addendo m. xii. s. ix. differentia equalis apparentisq; motus fixorum siderum pro Ptolemaei aera, emergent gra. iiii. m. xxxviii. s. vi. Et quia pro tempore Timarchidis motus trepidationis primae existit s. x. grad. xxvii. minorum primorum xlvii. secundorum lvi. Igitur differentia equalis diuersisq; motus stellarum fixarum pro tempore eiusdem Timarchidis erit, primorum